

Corona civica habetur, cum monumento tali in  
umbilico descripto. OB CIVIS SERV. Sub ea  
Capricorni duo caelestes, caudas ununt in  
globo, qui in subiecto incubat gubernaculo.  
ita impressi, ut Orientalem, Occidentalemque  
plagam spectent. Nummum hunc  
mediocrem ex aere Corinthio apud Iulium  
Caesarianum Lugduni sum conspicatus.

In una parte.

2. Augustus effigiatus est, dextra facie, irradiatus,  
aperto collo, cum nominis epigrapha.  
DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Ara providentiae, sive aedificia Jani quadrangularis,  
valvis praclusa, angularibus ornata palmulis in fastigio. Hinc in a. s. c.  
infra. PROVIDENT. Nummum hunc aeneum  
magnum satis, ego domi habeo.

In una parte.

3. Corona laurea adhaeret, in qua media est  
tale monumentum. AVGVSTVS TRIBVNIC.  
POTEST.

In altera.

Monetalis Triumvir depingitur nomine tenus.  
C. CASSIVS CELER VIVIT A. A. A. F. F. in medio.  
S. C. Nummum hunc aereum mihi domi  
feruo.

In una parte.

Augustus effigiatus est, laeva facie, irradiatus,  
aperto